



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

61. Exemptus consitens coram Ordinario debitum pro quo coràm eo
convenitur, an postea possit declaratoriam exemptionis apponere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XLII.

Exemptus confitens coram Ordinario debitum pro quo coram eo convenitur, an possit declinatoriam Exemptionis apponere.

SUMMARIUM.

1. Confessio judicialis telam iudicariam non requirit.
2. Quod extendunt nonnulli etiam ad Confessionem fictam.
3. De Exemptione excipi potest non obstante confessione.
4. Quod fallit ut hic.

- D**ubitandi occasionem facit theoria juris, confessionem telam iudicariam non requirere, & ubi adest confessio, ibi non est necessaria disceptatio fori, *Inte Fel. c. cum dilecta n. 14. de Rescript. Vantius de nullitatibus tit quomodo sententia nulle reparatur num. 126. Socinus in Valentius Reg. 62. quod etiam extendere videntur quidam ad Confessionem fictam, resultantem ex statuto, quo contumax habetur pro confessio, ejusmodi enim confessione tacita, non secus quam expressa volunt procedi nulliter fabricatos sanati, *Marsi. sing. 387. Bartholus. Conf. 100. Nellus de Baranis. parte 2. temporis quest. 49.**
- 3** Ratio est, quia confessio nihil operatur, quando de jurisdictionis defectu iocundare potest. *Fel. d. cap. cum dilecta nu. 14. in fin. Vant. d. tit. Quomodo sent. nulle reparatur n. 126. vers. quamvis quatur. DD. cap. at si. Clerici de iudicis. Specul. de Conf. §. nunc videndum vers. nunc dicendum restat. Alex. Conf. 3. l. 1. Soc. d. Reg. 62. fall. 1. Quod declaro in ea specie exemptotum non procedere, qua alterius Jurisdictionem possunt prorogare: confessio enim facta coram Iudice incompetente, qui Iudex fieri expartium prorogatione potest, præjudicat confitentis, *Soc. d. fall. 1. Inno. c. semper de Confessio cap. Inquisitionem de elect.**

QVÆSTIO LXII.

Monialis Exempta poenitentiae causa ad aliud Cœnobium translata, an desinat esse filia primi cœnobii?

Distingendum est inter translationem perpetuam & ad tempus, ut plenius videre est apud Prosperum Farinacem *Dec. 109. per tot. part. 2. paucis*, ut filia secundi effecta censeatur, opus est susceptione iterata habitus, atque etiam alterius voti emissione. *Jo. Andr. c. 1. de Infantib. expositis. Abb. cap. quod a te nu. 7. de Cler. con- jug. Ancbar. Conf. 152. Navar. Conf. 60. & 61. de Regul. & quidem de licentia superioris à quo ejecta seu emancipata vel translata dicitur, c. statuum 19. quest. 3. c. Monachum 20. qu. 4. c. licet de regul. ubi Jo. Andr. Abb. Conf. 95. & 96. vol. 1. Menoch. de arb. jud. l. 2. casu 41. nu. 14. Farin. d. Decis. 109. nu. 4. Consequentique est, ut ita temporaliter translatus ad aliud Cœnobium, ali debeat expensis non Monasterii ad quod transfertur, sed*